

CAPVT XV.

Proreges Indici quomodo Excommunicati-
oni deferre teneantur.

Assertio 1.
Proreges
poſſe ex-
communi-
cari ab or-
dinarijs, ne-
que in hoc
Regum
gaudere
privilegio.

148 **D**ico primò. Proreges Indici poſ-
ſunt, ſicut & alij, ab Ordinarijs ex-
communicari. Pro hoc videndus
Dom. Solorzanus Lib. 4. Cap. 10. n. 66. & ſeqq. &
in Politicâ pag. 883. s. Lo que mas. Vbi ex pluri-
bus Auctoribus oſtendit ſolis Regibus privile-
gium iſtud competere, vt à ſolo Pontifice ex-
communicari poſſint. Et ab eo adductis adden-
di P. Gaſpar Hurtadus Tractatu de Excommunicati-
one Diſput. 12. Difficult. 2. s. Subditus. P. Palauſ
Tomo 6. Diſput. 1. Puncto 6. num. 3. P. Bauny To-
mo 1. Diſput. 2. Quaſt. 6. Dub. 9. P. Layman Lib.
4. Tract. 6. Cap. 1. num. 4. quamuis non deſint,
qui hoc etiam Regibus negent: ſic enim tenent
Marius Alterius Tom. 1. de Cenſuris pag. 37. Col. 2.
& P. Fagundez Præcepto 2. Lib. 1. Cap. 3. num. 21.
Proreges autem non gaudent privilegio ab Apo-
ſtolica Sede conceſſis dubitari nequit: Tum quia
quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ad con-
ſequentiam ſunt trahenda. Quæ eſt iuris regula. 28.
in Sexto. Tum etiam quia cum hoc ipſum privile-
gium gaudere poſſint, illud debent ostendere:
quod ſtatutum in Cap. Cum perſona, de Priuile-
gijs, in Sexto: Atqui tale privilegium non oſten-
ditur: ergo nihil eſt, quod Ordinarij poſſit
ſententiam prohibere. Item. Ex repræſentatione
Regiæ perſonæ argui nequit, quia hoc ipſum
eſt, quod contendimus: privilegium ſcilicet
Apoſtolicum non poſſe ad repræſentantem per-
ſonam eius, cui eſt conceſſum, extendi, & qui-
dem repræſentatio hæc non tollit inæqualitatem
Regiæ, & Prorégiæ perſonæ, & ita eſt in illis
diuerſa ratio: & Rex quidem poterit Proregi ſuo
repræſentationem ſui conferre, non tamen in
eum privilegium Apoſtolicum transferre, quia
neque ex generali conceſſione, neque ex particu-
lari aliqua, hoc habetur. Habet Rex privilegium
comedendi carnes in diebus vetitis: poteritne il-
lud ſuo conferre Proregi? Quis hoc niſi per ſum-
mam inſcitiam affirmarit?

Virgetur ex
Cap. Ne
aliqui ex-
communicationem
prohibentur.

149 **Q**uod virgen potest ex Cap. Ne aliqui,
vbi ſuprà. Cum enim ibi Clemens Quartus de
privilegijs eorum agat, qui excommunicari, aut
interdicij nequeunt; addit tamen privilegia talia
non extendenda, cuiuſcumque præminentia,
dignitatis, & conditionis ſint, Regibus, Reginis,
& eorum filiis, ac Religioſis cœtib; exceptis, ſic
decernens: Ad Ordinarij ſententias & proces-
ſus edito perpetuo prohibemus extendi. Sic ille. Pri-
vilegium ergo Regum in materia cenſurarum,
non eſt ad Proreges, etiamſi præminentiam
ſingularem habeant, extendendum. Et multò
minùs ad Regios alios Miniſtros, vt nonnulli
contendunt, contra quos bene diſputat Diana,
Parte 2. Tract. 1. Reſolut. 9. Probat autem idem
Textus inceptè fieri extensionem de perſonâ ad
perſonam; cum neque in perſona eadem exten-
ſio locum habeat in ordine ad id, quod licet ver-
ba videantur exprimere, ratio tamen non patitur

ampliari: Ne aliqui de indultis Apoſtolicis confidentes, Clemens
alios confidentes in ſuo iure moleſtent, & Ordinarij 4. verba.
iuriſdictionem contemnunt pariter & eludant, vt
loquitur Pontifex: quod tamen de Regijs perſo-
nis, & Religioſis non eſt cœtib; præſumendum:
cum de Proregibus aliter exiſtimandum multi-
plici experimento doceamur. Et ex præfati Ca-
pituli determinatione fit latis obiectioni, quæ ex
Inquiſitorum iuriſdictione inſtrui poteſt: illi e-
nim, vt ex Concordatis conſtat, nequeunt Pro-
reges Indicos excommunicare. Ex hoc enim
privilegio ad Ordinarios fieri Conſequentia ne-
quit, propter rationem & deciſionem Pontifi-
cis. Neque ex eo fiet vt Inquiſitorum iuriſdi-
ctionem contemnunt aut eludant; id enim eſt
Regijs cautionibus abundè prouitum: & dum-
modò illi intra ſuos ſe contineant terminos, ſem-
per illos Proreges veneratione eximiâ proſe-
quuntur.

Ex Inqui-
ſitorum
prohibiti-
one non
bene ar-
guitur.

150 **D**ico ſecundò. Quod Assertione præceden-
ti eſt dictum, de excommunicatione intelligen-
dum eſt quantum ad valorem: quæ tamen niſi
in caſu ſpecialiſſimo licita non erit. Probat
ratione, quam pro Regibus adducit P. Bauny
ſuprà ita ſcribens: E re tamen eſt communi eos hoc
tempore quoad hanc penam non ſubſeſſe Ordinarijs ob-
ſervandum certum, ſi publicè, deque loco ſupe-
riore excommunicati renuntientur ab Episcopis. Sic il-
le. Atqui turbarum motus ob excommunicationem
Proregum etiam vrget, & præſertim in
Indiis, in quibus à ſupremis Principibus non
poteſt ſtatim commodum remedium adhiberi:
ergo illorum excommunicatione generaliter lo-
quendo libita non eſt. Id quod de publicâ de-
nuntiatione dicendum pariter ob ſimile funda-
mentum. Caſus autem ſpecialis non poteſt af-
ſignari, cum ex circumſtantijs pendeat, quas
quidem Prælati, adhibito ſapientium, pruden-
tium, expertorumque virorum conſilio & pri-
uatis ſemotis affectibus, ponderabunt: illud
præ oculis habentes, quod Innocentius Quar-
tus in Concilio Lugdunenſi obſervandum præ-
ſcribit verbis illis: Cum medicinalis ſit excommuni-
cacio, non mortalis, diſciplinans, non eradicans: dum
tamen is, in quem lata fuerit, non contemnat; cauè
provideat iudex Eccleſiaſticus, vt in ea ſerenda oſten-
dat ſe proſequi, quod corrigentis fuerit & medentis.
Sic ille. Et habetur in Cap. Cum medicinalis, de
ſententia excommunicationis in ſexto.

Assertio 2.
Excommuni-
cationem
dicam va-
lidam ſu-
turam, ſed
raro licita-
tam
P. Bauny.

Quid in
ea ſerenda
obſervan-
dum.

Cap. Cum
medicinalis.

Quomodo
ſit medici-
nalis.

151 **V**bi non eſt ſenſus, vt aliquis ſiniſtrè
interpretari poſſet, quando quis contemneret,
ſeuere cum illo per excommunicationem agen-
dum, etiamſi medicina in tormentum animæ &
corporis ſuo vitio conuertatur: ſed excommuni-
cationem eſſe medicinalem ex naturâ ſuâ, niſi
quis contempſerit medicinam, & ita illi non pro-
ſit, ſicut Eccleſia prodeſſe deſiderat. Sed talis
eſſe contemptus poteſt, vt de medicinâ ſperari
nequeat, & ita ſatiùs fuerit ab illa penitus abſti-
nere. Sic enim & in medicinis corporalibus ac-
cidit, vt quando non iudicantur proſuræ ob peſ-
ſimam ægri diſpoſitionem, ab iis debeat adhiben-
dis temperari. Pro quo videri poteſt P. Suarez
Tomo 5. in 3. p. Diſputat. 4. Sect. 5. num. 10. vbi
præſatum Caput doctè explicat, oſtendens quo-
modo excommunicatio medicina ſit, & id ſpe-
cialiùs ei conueniat comparatione aliarum pec-
narum,

Et ſpeciali-
ter compa-
ratione alia-
rum pena-
rum.
P. Suarez.

naturâ, quas Eccleſia inſtigere poteſt: Nam per
ſe intendit (verba illius ſunt) non ſolum præueneri ſu-
tura peccata, ſed potiùs per ſe primò curare peccatum à
peccato commiſſo, & liberare illum ab ſtatu, in quo per-
manet ratione talis peccati. Et. Quando ergo de tali
bono effectu ſpes nulla eſt, aut ſatis infirma, con-
tra charitatem eſt, & videtur etiam contra iuſtitia-
m, quæ rectam iuriſdictionis adminiſtrationem
præſcribit, illam applicare.

154 **T**ertia, Peccare concedentes licentiam
ædificandi Monaſteria aut Conuentus, quod
Regijs reſcriptis ſeriò prohibetur. Et quidem
non deſunt, qui cenſeant leges huiuſmodi contra
immunitatem Eccleſiaſticam militare, & ita non
eſſe obligatorias, pro quo multos adducit Diana
Parte 1. Tractat. 2. Reſolut. 62. & 129. quos & ille
ſequitur. Contrarium tamen alij tenent, quos
congerit & ſequitur D. Solorzan. Tomo 1. Lib. 2. Reges an id
Cap. 20. & Tomo 2. Lib. 3. Cap. 23. n. 31. & ſeqq. & in
Politicâ pag. 695. Col. 2. habetque in ipſo naturæ
iure magnum fundamentum. In ſolo ſiquidem
priuati hominis nullus eo inuito ædificare poteſt,
etiamſi illud, quod ædificari contenditur, maxi-
mè ſacrum ſit: ergo neque inuito Rege in eius
terris: quarum licet dominus dominio baſſo
non ſit, eſt tamen dominio alto & præcellenti,
vnde terræ eius vocantur: ſicque in Bullâ Cenæ,
vt vidimus num. 99. qui præter ſupremos Prin-
cipes in terris ſuis noua pedagia imponunt, ex-
communicantur: cum tamen conſtat maiorem
terrarum partem ad priuatorum dominium per-
tinere. Quidquid autem de hoc ſit alibi, in Indiis
certè alia eſt ratio, in quibus conceſſione Sedis
Apoſtolice jus habent Reges Catholici, vt ſine
eorum licentiâ nequeant Eccleſiæ, aut Monaſte-
ria ædificari. Sic enim conceſſit Iulius ſecundus
in Bullâ, quæ incipit, Vniuerſalis Eccleſiæ, die 28.
Auguſti An. 1508. quam adducit Dom. Solor-
zanus Tomo 2. Lib. 3. Cap. 2. num. 10. in cuius ſine
mendosè ſcriptum datam Anno 1580. non num-
meris, ſed verbis expreſſis: qui lapſus in Politicâ
correctus pag. 506. in principio. In illâ ergo ſic
poſtulant Ferdinandus Rex Catholicus, & Se-
reniſſima Ioanna eius filia, & Hiſpaniæ Regina;
Quod nulla Eccleſia, Monaſteria, aut locus pius, tam in
prædictis jam acquiſitis, quam alij acquirendis Inſulis &
locis, abſque eorumdem Ferdinandi Regis, & Ioannæ Re-
gine, ac Regum Caſtelle & Legionis pro tempore exiſten-
tium conſenſu erigi aut fundari poſſint. Poſtulat autè
annuens Pontifex, ſic indulget: Nos præfati &c. eiſdè
Ferdinando Regi, ac Ioannæ Regine Caſtelle & Legio-
nis pro tempore exiſtenti, quod nullus in prædictis ac-
quiſitis, & alij acquirendis Inſulis, & locis maris hu-
iuſmodi, Eccleſias magnas, & locis ſtatui præfati Regis
importantes, alias quàm Ferdinandi Regis, & Ioannæ
Regine, ac Regis Caſtelle, & Legionis pro tempore ex-
iſtenti expreſſo conſenſu, conſtrui, ædificari, & erigi
facere poſſit, &c.

Reges dare
licentiam
ædificandi
Monaſte-
ria, &c.

Reges an id
poſſint pro-
hibere.

In Indijs
pro eo ſpe-
ciale prin-
cipium.

Conceſſio
Iulij 2.

155 **C**irca quæ Dom. Solorzanus Tomo 2.
Lib. 3. Cap. 23. num. 40. & in Politicâ pag. 696. s.
Tumque ait Pontificem de ſolis Eccleſiis Cathedra-
libus videri concludere. Sed quidem immeri-
tò: nam conceſſio poſtulationi reſpondet,
cum profiteatur Pontifex ſe ad magnam inſtan-
tiam, quam ſuper hoc fecerunt Ferdinandus Rex, &
Ioanna Regina, debitum habere reſpectum: & illo-
rum proſectò inſtantia pro Cathedralibus non
tantum erat Eccleſiis, de quibus minùs eſſe diffi-
cultatis poterat, cum juxta Bullam Alexandri
Sexti, earum dotatio, vnde & erectionis cura, ad
eos pertinere. Deinde, Eccleſia magna per com-
parationem ad paruam dicitur, & Pontifex iuxta
mentem poſtulantium ſtatuit, qui de magnis Ec-
cleſiis loquebantur: neque enim pro quauis
Capellâ, Oratorio, Hoſpicio, aut Reſidentiâ,
Regis eſt licentia requirenda. Quod & ſequen-
tia

Qua nò a
ſolis Ca-
thedralibus
arctatur
Eccleſiæ.

CAPVT XVI.

Circa nonnulla alia ad Indicos Proreges
ſpectantia poſtremæ, & breues reſo-
lutiones.

Proreges
non poſſe
tollere ius
quæſitum.

152 **P**rima ſit, non poſſe illos tollere ius
quæſitum priuatis, pro ſuo libitu. Et
certè pro libitu erit, etiamſi Aſſeſſo-
ris conſilium accedat, ſi illud manifèſta volun-
tas, cui tutò contradici non poſſit, extorſerit. Et
quod ad ius attinet, bene obleruat Dom. Solor-
zanus Lib. 4. cap. 10. num. 72. & in Politicâ pag.
883. s. En quanto. Et ratio eſt clara; quia hoc
nec illis conceſſum eſt, nec concedi licitè potuit.
De conſilio autem etiam conſtat: quia coactum
iudicium non poteſt vocari conſilium, quod om-
nino liberam exigit voluntatem. Et ad hoc iniu-
ſtitia genus pertinet, quando factâ alicuius offi-
cii prouiſione, & titulo tradito, diſpoſitio reuo-
cato titulo reuocatur. Iam enim ius quæſitum
fuerat, & niſi noua aliqua ſuperueniat cauſa, quæ
indignitatem prouiſi conſtituat, manifèſta illi ir-
rogatur iniuria. Si enim talis eſſet in donatione
gratuitâ; multò id certius haberetur in prouiſione
ſecundum iuſtitia leges conſummatâ.

153 **S**ecunda, ſine juſtis cauſis non poſſe
debitoribus dilationes, ſeu literas moratorias,
vulgo Eſperas, concedere. Quod patet ex eo quod
tales dilationes ſunt in præiudicium tertij, circa
quod Proregibus poteſtas nulla conceditur, vt
patet ex eorum titulis, & legibus, quæ de eiſdem
loquuntur: nec dari conuenienter poſſet, cum
in eo iniuſtitia appareat manifèſta. Videndus
Dom. Solorzanus ſuprà num. 73. & 74. qui alios
adducit. Quando autem juſtæ cauſæ ſunt, dilata-
tiones concedere poſſunt, vt teſtantur adducti à
citato ſcriptore num. 73. & in Politicâ s. citato:
quod & ipſe tenet. Sunt autem juſtæ cauſæ, quas
iniquiſ hiſce temporibus experimur, retardationem
inquam Claſſim ob bellorum incurſiones,
pro quibus eligans è Societate ſcriptor ſic
cecinit:

Neque di-
lationes de-
bitoribus.

Niſi ob iu-
ſtas cauſas,
quæ recen-
ſentur.

P. Millieu
in Moſſæ
viatore.

Temporibus bello infectis, & Marte inimico
Mercurij, queis cuncta palam cœmercia ceſſant.
Fortuitum etiam aliquid, propter quod bonâ a-
gentes fide ſoluendo eſſe minimè potuerunt.
Homines præterea eſſe in commercio principes,
& de Republica benemeritos: circa quos ſi exe-
cutio vrgeatur, ſtatus cum honore pariter vacil-
labit. Et generaliter dilationem debitori valde
eſſe vtilem, & creditori parum nocuenti affer-
re. In quo quidem Proreges non gratuitum ali-
quid præſtant, ſed juſtitia actum exercent, ad
quem tenentur; cum id ad bonum Reipublicæ
ſpectat, cui ex officio debent prouidere.



Verborum querendam illius non facilius il- laſtratio.

ta verba declarant: & locis ſtatui præſati Regis im- portantes. Quorum eſt ſenſus, Eccleſias tales de- bere eſſe, quæ locis aut ſtatui præſati Regis im- portant, ſeu momenti conſiderabilis ſint; quod nos dicimus, Coſa de importancia, quales Eccleſiæ paræ non ſunt, & loca alia dicta. Quamquam textus videatur obſcuro, neque eodem modo ſemper legatur apud citatum Auctorem. Capite enim ſecundo citato, in quo Bulla integrè exſtat, ſic legitur vt à nobis propoſitum. Capite autem 23. num. illo 40. ſic: Et locis præſati Regis impor- tantibus: vbi & vox ſtatui omittitur, & in partici- pio caſus variatur, ac ſenſus parum redditur ex- peditus: qui tamen expeditior videtur, ſi lega- mus; & locis ſtatui præſati Regis importantes: vt poſtulationi de locis piis ſine licentiâ Regum non erigendis reſpondere videatur. Monasteria autem nomine magnarum Eccleſiarum poſſunt conuenienter intelligi, aut etiam piorum loco- rum: vtrumque enim habent, & res, vt more lo- quamur noſtro, importantiæ eſt magnæ; vnde ſine Regis licentiâ nequeunt ædificari. Et ita praxis obtinuit, vt idem Auctor affirmat.

Proreges in licentiâ cõ- ceſſione grauitèr peccare.

Fr. Ioan. Baptiſta re- darguitur, circa illud

156 Iuxta hæc ergo ſufficienter intelligitur peccare Proreges, & quidem in re graui, licen- tiam ædificandi contra prohibitiones Regias concedentes. Vnde iam non habet locum, quod tradit Fr. Ioannes Baptiſta in Animaduſionibus Hiſpano-Latinis pro Confeſſarijs Indorum fol. 307. s. Dari etiam, poſſe ſcilicet cum ſolâ Proregis licen- tiâ Religioſos Coenobia conſtruere, etiam relu- ctantibus Episcopis, & quidem cum ſcribebat hic Auctor, iam prohibitiones extabant, vt pate- bit conferenti Libri publicationem, & reſcripta, quæ adducit Dom. Solorzanus Cap. 23. citato n. 26. & ſeqq. Sed quidquid ille dixerit, iam non licet circa rem iſtam dubitare. Eſt inſuper ratio alia, ex qua conſtat peccare Proreges in huius- modi conceſſionibus: nam Rex ſolet ædificia, quæ ſine illius ſunt licentiâ conſtructa, deſtrui penitus imperare: ex quo damna Religioſis, aut Fundatoribus, non leuia proueniunt, expenſa- rum ingentium fruſtratione. Et licet Reges no- ſtri, quæ illorum eſt eximia pietas, contra ipſo- rum voluntatem erecta ædificia ob precum in- ſtantiam non ſemel ſuſtinenda cenſuerint: non tamen ſemper ita factum; ſed neque faciendum po- teſt quis ſibi prudenter perſuadere.

Item ſi an- te poſſeſſio- nem officij, iuriſdictio- nem exer- ceant.

157 Quarta, peccare item grauitèr, iuxta materiæ grauitatem, ſi ante aſſumptam officij poſſeſſionem, quod oſtenſis titulis in loco à Re- ge deſtinato fieri debet, iuriſdictionem exer- ceant. Licet enim circa hoc opinio probabilis fuerit, iuxta quam poſt ingreſſum in Prouinciam poſſunt Magiſtratus iuriſdictionem exercere, pro quâ plures & Doctores & rationes adducit D. Solorzanus Lib. 4. Cap. 11. num. 2. & ſeqq. & in Politicâ Lib. 5. Cap. 14. Non tamen po- teſt illa ſubſiſtere, quando Principis circa hoc eſt expre- ſa decifio: in claris enim & manifeſtis non eſt

locus diſputationi, neque eſt neceſſitas inueſti- gandi mentem per coniecturas, L. Continuus & ibi Gloſſa, cum aliis Textibus & Auctoribus; quos adducit Petrus de Luna Conſilio 37. num. 4. Pro quo & faciunt adducta à Dom. Solorza- no ſuprà Cap. 3. num. 49. ſunt autem aliqua Regia reſcripta circa præſentem caſum, quæ videri po- ſſunt apud D. Solorzanum citato Cap. 11. num. 25. & 36. quod & praxis receptiſſima comprobauit: vt de hoc non videatur poſſe dubitari. Dubita- uit autem Doctor Saz Carracſcus, laudatus aliàs Iuriſconſultus, Principis Squillacenſis Aſſeſſor, & Senator poſteâ Panamenſis: nec ſolum dubi- tauit, ſed intrepidè oppoſitum aſſeruit, & ſcripto vulguit ad Il. Reſopilat. Cap. 9. à num. 9. ad 15. Et quidem ſi ad Textus, qui adduci pro Indiis poſ- ſunt, verofimilis reſponſio ſit, res in terminis iuris communis relinquatur, & opinio iſta ſatis proba- bilis eſt; cum & Textus & Auctores habeat minimè contemnendos.

Op poſitum viſum ve- rius docto iuriſcon- ſulto.

158 Ad ſchedulam ergo Anni 1555. in qua ſtatuitur Sexennium, quod Proregnatui aſſigna- tur, computandum à die aduentus in ciuitatem Regum, & captam muneris poſſeſſionem: dici po- teſt computandum quidem ab illo die poſſeſ- ſionis ſolemniſter captæ, & citra omne dubium & opinionem: quod quidem Rex ita diſponere potuit, cum poſſet & aliter, vt in officiis aliis fieri ſolet, in quibus ſumptæ poſſeſſionis tempus non ſolet in Indiis obſeruari. Praxis autem iuxta opi- nionem ſecuriorem procedit, & vt bellum iuſtum ex vtraque parte videtur, inter ſucceſſorem in- quam & deceſſorem, ſi vterque velit probabili ſe opinione tueri.

Et ad Tex- tum vreg- tiorum pro Indijs re- ſponſio ad- hibetur.

159 Quinta, & vltima. Peccabunt etiam grauitèr Proreges Indici ſi contra Regiam pro- hibitionem, quæ extat, per terram iter agant, vt ad ciuitatem Curiz Sedem perueniant, cum agere per mare debeant, ne grauent populos, & Indos præſertim, in quos ſemper talium condu- ctionum onera congeruntur. Pro quo videndus Dom. Solorzanus citato Cap. 11. num. 31. & 32. & in Politicâ pag. 889. s. 1. paraque. Dubitari enim nequit quin materia grauis ſit, nec de inten- tione grauandi eorum conſcientias, quando ex non factis dicta grauamina ſubſequentur. Quod tamen regulariter iatelligendum eſt: ſi enim aut fortium periculum, aut grauis infirmitas aliud fa- ciendum cogat, id nequit non voluntari Regis eſſe conforme. Tunc autem nullius labor ſine mercede relinquendus, aut datum quidquam ſine pretio: nullus enim tenetur Proregi ſuis ſtipendijs militari. Et quidem ſatis inauſpicatum interpre- tari poterunt ſuæ gubernationis exordium, ſi eam miſerorum grauaminibus auſpicentur. Neque ego de illis plura, ſatis contentus, ſi quæ de ipſis diſſerui, ab eisdem diligenter obſeruentur. Iam ad alios, ſed proximiores illis, ſtylum noſtrum tra- ducamus, de quibus agentes, quæ pro ſyndicatuſ deſiderari poterant, tribuemus.

Non poſſe per terram iter facere contra pro- hibitionem.

In quo & graue pec- catum.

TITVLVS IV. DE REGIIS AVDITORIBVS, SEV INDICARVM CANCELLARIARVM SENATORIBVS;

Et de iis, quibus illorum Conſcientiæ, obligationibus prægrauantur.



Unt quidem illæ, nec pauca, nec leues, ut aliqui eos, hæc ex par- te, parum felices arbitrentur; licet oculis inſipientium fortuna- tiſſimi videantur. Et communis quidem exiſtimatio minimè illis fauorabilis eſt: contra quam tamen poſſunt Chriſtianè ſe- gerentes, alii in Dei oculis apparere. Noui Togatum virum duos habentem filios, quorum natu maiorem Iuriſpruden- tiæ ſtudio propenſiorem videns, genio ſeruire permiſit: Mi- norem autem Theologiæ ſtudio omnino ſuaſit, & fecit in- cumbere, dicens: Hunc ſaluari cupio: cupiebat etiam & alium; ſed ſic agens, ſatis quid de ſuo ſentiret periculo, declarauit: Quod eſt ſatis conforme iis, quæ habet Dom. Solorzanus Lib. 4. cap. 4. num. 45. Et erat ille doctus, moderatus, & conſcientiæ non incurioſus ſuæ, Sacramentis frequenter utens, & certè talis, quales vtinam omnes Togati Proceres mitterentur. Pro illis ergo ſit

CAPVT I.

Circa Indicorum Auditorum vitæ moderationem excuſio.

Vita probi- tas & ex- plia maxi- me in Au- ditoribus Indiciſ ne- ceſſaria.



Væ de ſupremi Conſilij Dominis Titul. 2. à nobis diſputata ſunt, eadem ferè ipſa Indiciſ Auditoribus applicanda. Niſi quòd iſti ad maius aliquid quoad morum præſtantiam, & vi-

ta exemplum, videantur debere ſtrenuè, & dili- genter adſpirare. Cum enim in longinquis re- gionibus Regiæ Maieltatis Authoritatem repræ- ſentent, vt homines in officio contineant, ſpecia- libus proſectò debent morum ſplendoribus co- ruſcare: Metus cuncta componit, ſi reus crimen in iudicante non inuenit. Vt Caſſiodorus loquitur Lib. 9. 19. Aliàs viles populis, & contemptui ha- biti, Regiam auctoritatem in manifeſtum diſeri- men adducunt. Pro quo Siracides, & per eum Spiritus Sanctus, ita loquitur Eccl. 10. v. 1. Iudex ſapiens iudicabit populum, & principatus ſenſati ſtabilis erit. Vbi iudicis nomine Principem intelli- gi communiter obſeruant interpretes. Videantur Paulus de Palacios, P. Cornelius, & P. Oliuerius. Vbi Tygurina, & complutenſis, ita legunt: & principatus prudens protenſus erit. Quod ita expo- nit P. Cornelius: Puta; extendit ſe ad multas gen- tes, & multos annos. Id, quod nulli melius, quam Catholicis Hiſpaniæ Regibus adaptaueris, qui imperium ſuum à mari vique ad mare, & à flu- mine vſque ad terminos orbis terrarum propa- garunt. Sed pergit Siracides, & quomodo, quod

acquiſitum eſt, conſeruari queat, luculenter o- ſtendit: Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius, verſ. 2. circa quæ Palacios ita ſcribit: Hic docet Principem virtute præſtantem, ante omnia ſummâ curâ ſibi de miniſtris egregijs prouidere. Sic ergo & dilata- bitur, ſeu protenus erit principatus, & temporis diuturnitate florebit. Pergit adhuc ille ſic dicens; Rex inſpiens perdet populum ſuum, & ciuitates inha- bitabuntur per ſenſum potentium. verſ. 11. Vbi citatus Oliuerius ita ſcribit: Perdit Rex inſpiens populum ſuum, quia ſibi ſtultitiâ ſimiles adlegit reipublicæ mode- ratores, & inferiores iudices, qui ſtatum poliiticum ſun- ditus euertunt. Sic ille. Sic & ſcimus ſtultorum miniſtrorum, (& omnes ſanè vitioſi ſtulti, quia omnis peccans eſt ignorans, vnde Scriptura pal- ſim vitioſos ſtultorum appellatione traducit) peſ- ſimâ agendi ratione multas ingenti labore partas ciuitates, & prouincias periſſe.

verſ. 2.

Palacios.

verſ. 11.

Sicut eur- ſio à non talibus.

2 Accedit id, quod inculcatum aliàs, noui- tiam fidem eſſe in Indiis, & de illâ firmandâ, ac propaganda tractari: Vnde ii, ad quod maximè negotium iſtud omnium grauiſſimum ſpectat, probitatis omnigenæ debent luminibus prælu- cere. Quid Indus? Quid Æthiops, magnum de fide Chriſtianâ concipiant, qui in Senatoris fa- mulitio verſantes, non ſolum teſtes, ſed miniſtri multorum flagitiorum eſſe compelluntur? Cum hæc ſcribo Æthiops quidam agrè ad Baptiſmi ſuſceptionem adductus, qui illum ſibi neceſſarium non eſſe contendebat, ſed in ſua ſe poſſe quali- cumque religione ſaluari, eò quòd qui neceſſita- tem nouæ religionis obicerent, & nouæ legis cu- ſtodiam, non eſſe certum id, quòd dicerent, ope- ribus demonſtrarent. O vtinam Proreges om- nes eò zeli ardore ſeruèrent, quo ſcimus vnum è magnis Hiſpaniæ Dynaſtis Indico Præfectum regiminis ſeruiſſe. Auditorum namque turpi- bus,

In Indijs de fide ſtabili- endâ agitur. Inde in præ- ſatis obliga- tio.

Recentior caſus.